



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar

Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

Quod terra collata ad Cœlum sit instar Puncti.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

volitantia aut fluctantia in aëre, ut aues, omnia ad
Occasum ferri videntur. Quippe terræ circumactū
preuenterentur, & longo interuallo relinqueren-
tur, si tanta pernecitate circa axem mundi rotaretur:
Aut si motu terræ, & aër, & in aëre pendentia pa-
ri celeritate raperentur, consistere, non moueri quo-
quam apparerent. At his omnibus euidentissima re-
clamat experientia. Nullo ergo motu terra mouetur,
sed quiescit.

Quarto, in circuli circumuolutione constat ma-
nere immotum centrum. Sed terra est in mundi me-
dio, ac velut mundi centrum, Ergo est immota.

Quod terra collata ad Cœlum sit ins- tar Puncti.

Etsi imperitis magnitudo terræ & amplitudo
immensa esse videtur, quod nec oculorum prospectu
fines ullos consequuntur, nec cum remotissima quæ-
uis loca adeunt, limites aliquos inueniunt, tamen ad
cœli magnitudinem comparatam, reuera instar pun-
cti esse, illustra $\Phi\alpha\upsilon\sigma\acute{\alpha}\nu\alpha$ indicant.

Primo, quod ex omnibus terræ partibus magni-
tudines & distantie stellarum iisdem temporibus æ-
quales similesq; cernuntur ubiq;.

Secundo, quod gnomones, & centra armillarum
sphericarum in quacunq; terræ parte ponantur,
tantun-

tantundem valent, conseruantq; considerationes & circumductiones umbrarum, adeo regulares & consentientes Hypothesi, ac si re ipsa in medio terre puncto collocarentur.

Tertio, quod horizon vbiq; diuidit totum cœlum in duo æqualia. Quouis enim momento sex zodiaci signa supra Horizontem eminent, & noctu cœlo sereno oculis cernuntur, totidemq; infra Horizontem latent, continuo cœli circumactu alijs signis productis, alijs è regione sub occasum deuolutis. Si magnitudo terræ esset alicuius momenti ad cœlum, tantum ex centro educta vniuersa quaq; superficies, cœlum in æqualia disseceret



Hemisphæria. Reliquæ à quæcunq; superficiei parte extense, idem in segmenta dirimerent inæqualia

qualia. Nec dimidius semper appareret zodiacus,
sed portio dimidio zodiaco multo minor extaret,
maior terræ soliditate exclusa ac contexta delite-
sceret.

Quarto, Umbra equinoctiales Orientis &
Occidentis Solis, constituunt unam rectam lineam,
perinde ac si iacerentur in planum per centrum
terræ transmissum. Hæc omnia non fierent, si cœli
respectu terræ magnitudo sensibilis aut alicuius
momenti esset. Quare & Ptolemæus pro centro
vniuersi semper usurpat τὴν ὀψὴν αὐτῶν ὀρωμένων,
nec superficiem terræ ab intimo terræ discernit.

Quidam affirmant unum in cœlo gradum cuius-
visq; maximi circuli complecti miliaria Ger-
manica communia 570581. qualium 15. vnus ter-
reni alicuius circuli gradus in terræ superficie oc-
cupat. Vnum vero scrupulum primum gradus
cœlestis, 9509. miliaria explere. Quod

si certum est & exploratum, me-
rito terra cœli respectu in-
star puncti esse
censetur.

TERRÆ